



ex mespilis fervato gallico more cum sale. Si vero humectare plurimum volueris, cum lacte recente multo elixare, aut cum cucurbita, aut lactucis decoquere. Si verò plurimum nutrire, exhibeto, uti supra dictum est, gallinis, capis more majorum exustione pedum non testium extractione effectis cum farina hordei, & lacte cucumerum seminibus, pariter erectis viperis exhibeamus, quæ heceticis conferret, consumptis exhibentur. Patet igitur non solum nutrire, & in longam vitam protrahere, verum humanum corpus ad libitum confirmare, aut ad contrarium immutare posse: totq; modis, quot præparari expediret, aut recenti, aut fervata viperæ carne.



 CUR IN DISUETVDI-
nem abierint vipera superioribus
seculis.

CAP. XXIX.


 Roxime superioribus seculis ea omnium hominum cæcitas erat, & animorum vecordia, ut etiam quæ oculis conspicerentur, & sub aspectum aut intuitum cadere solent, gravissimo cum errore dignoscerent, adeo à longa illa Gothorum, & barbaricarum gentium